¶ Et isto casu qñ eximeretur de manibus familie aliqs qui esset condēnatus vel condemnandus ad mortem vel aliam penam corporalem et ēt eo casu quo aliqs impediret aliquam executionē alicuius pene corporalis.s.qñ condemnatus duceref a fami lia ad patiendū vel recipiendum ipsam penam cor poralem et causa executionis ipsius pene possit qui cunq̃ talis eximens aufferens vel impediēs vel exi mi vel aufferri vel impediri faciens impune co tpe offendi a familia ducente vel habente talem cōdē natum vel condemnandum pena corporali.

¶ Et si abstulerit seu exemerit vel aufferri fecerit seu eximi baiulo cōis perusie vel alicui corꝫ seu de manibus eorū aliquem quem ceperit seu ceperint mandato potestatis vel capitanei vel alterius offi cialis cōis Perusie vel alicuius iudicis vel notarij corꝫ puniatur in centum lib. deñ.

¶ Si vero vniuersitas alicuius castri ceperit seu exemerit vel capi seu eximi fecerit de manibus po testatis vel capitanei vel alicuius alterius officialis cōis perusie puniaf in.cccccccc.lib deñ. si talis ca ptus psonaliter puniri debebat: et si pecunialiter in. ccccc.lib.deñ. condemnetur et puniaf. Et in dictis casibus singulares persone dicte vniuersitatis mi nime puniant. Si vero baiulis seu baiulo cōis pe rusie si fuerit talis captus in persona puniendus in ccccc lib. deñ. Si vero pecunialiter in.cc.lib. deñ.

¶ Si vō vniuersitas alicuius ville ceperit seu exe merit vel capi vel eximi fecerit de manibus familie potestatis capitanei vel alicuius officialis cōis pe rusie vel baiulis seu baiulo cōis perusie puniatur in medietate dicte pene qua puniri deberet vniuersi tas castri: vt.s.ꝓxime dictū est. Et in dictis casibus singulares persone dicte vniuersitatis minime pu niantur. Et in oibus supra in dictis casibus in hoc capitulo cōtentis eadem pena locum habeat cōtra eximentem vel capientem vel eximi seu capi facien tem de manibus familie seu baiuli simul que est cō tra eximentem vel capientem vel eximi vel capi fa cientem de manibus familie tantum: siue sit vniuer sitas siue singularis persona.

¶ Sed si captus vel exēptus eēt debitor alicuius priuate persone talis capiens vel eximens seu capi vel eximi faciens et capientes vel eximētes seu capi vel eximi facientes de manibus familie seu baiuloꝝ simul de facto cogatur seu cogantur per potestatē vel capitaneū ad soluendum dictū debitū creditori ad cuius petitionem captus erat sine aliquo ꝓcessu vel sniā: solum viso instr̄o crediti et facta ꝓbatiōe φ dictus debitor captus vel exēptus fuerit vt dcm̄ est.

¶ Et nihilominus tales capientes vel eximentes vel eximens seu capiens vel capi vel eximi faciens vel facientes cōi perusie condēnef in.l.lib.deñ.pro quolibet ꝯfaciente dūmodo dcūs creditor tpe quo recipit solutionem teneaf cedere iura q̃ habet ꝯ di ctum debitorē dictis soluentib9 seu dicto soluenti.

¶ Et si aliquis abstulerit vel exemerit seu aufferri vel eximi fecerit de manibus familie vel baiulorū vel de manibus familie et baiuloꝝ simul aliquē de bitorem cōis Perusie in aliqua quantitate dictus aufferēs vel eximens seu aufferri vel eximi faciens cogatur et cogi debeat de facto sine aliquo ꝓcessu vel snia soluere dcm̄ quantitatem quā soluere debe ret talis debitor captus vel exemptus que solutio fiat et fieri debeat illi seu illis officiali seu officiali bus cōis perusie vel camere cui vel qbus talis ca ptus et exemptus soluere debebat et dicto soluenti vel soluentibus tpe solutionis debeat cedi per sindi cum cōis perusie omne ius qd̄ cōe ꝓdictum habeat contra ipsum debitorem captū vel exemptum. Et nihilominus talis aufferens vel eximens vel capien tes seu eximentes puniatur pro quolibet eorū in.l. lib.deñ.cōmuni perusie.

¶ Si vero aliqs ex quacūq̃ alia causa duceretur per familiam potestatis vel capitanei vel cuiuscūq̃ alterius officialis dicti cōis et reaccept9 vel captus seu exemptus fuerit per aliquē vel aliquos puniaf qlibet reaccipiens vel capiēs seu eximens de facto sine aliq̃ cōdēnatione vel ꝓcessu in.l.lib.deñ.in pe cunia numerata sine aliq̃ excōputatiōe apodissaꝝ.

¶ Et si aliqs acceperit custodibus noctis contra suam volūtatem post tertium sonum campane ali quem quē ceperit puniatur in.xxv.lib.deñ.

¶ Si vero aliqs acceperit vel abstulerit aliquem qui duceretur in manibus potestatis vel capitanei vel alicuius alterius officialis cōis perusie alicui custodi grascie vel alij psone que duceret ipsum in fortiam cōis perusie puniatur in centū lib.deñ.cōi perusie persoluendis.

¶ Et quicunq̃ fuerit requisitus per aliquem ex fa miliaribus potestatis vel capitanei vel alterius offi cialis cōis perusie ad predicta vel aliqd̄ predictoꝝ et non ꝓstiterit ſm suum posse auxilium puniatur

ꝛ puniri possit per potestatem vel capitaneum vel coꝝ officiales in.xxv.lib.deñ.si fuerit specialis psona: si fuerit sindicus alicuius castri vel ville in centum lib.deñ.

¶ De proiciente ꝛ non percutiente. Rca.25.

SI quis Proiecerit contra aliquem lapidem laterem seu terram coptam seu tegulam zuppam terre vel aliam quácunqꝫ rem ꝛ non percusserit illũ vel illam cótra quem vel quam proiecerit puniatur ꝓ qualibet vice in decem lib.deñ.

¶ De proiciente lapidem vel aliam rem in domo alterius. Rubrica.26.

QUicunqꝫ Proiecerit vel rombolauerit lapidem vel rem actam ad nocendũ in domo vel super domum vel tectũ vel hostia domus alicuius vel ab eo conductam vel quam aliqs possideret seu in qua aliqs habitaret puniať pro quolibet lapide vel alia re qualibet:vice q̃libet:si fuerit de die in.x.lib.deñ.ꝛ si de nocte in.xxv.lib.deñ.Et si ex dicta ꝓiectione seu occasione dicte ꝓiectionis aliqs offendereť in psonam puniatur ac si eum percusserit cuz armis in aliqua de quinqꝫ stratis regalibus ciuitatis ꝛ burgoꝝ perusij.Et de predictis possit ꝛ debeat inquiri per potestatez ꝛ capitaneũ vel aliuz officialem vt supra cognitionem hñtem ꝛ eorum ꝛ cuiuslibet coꝝ officiales aliquo nó obstante.Et nó obstante ꝙ in capitulo qđ incipit quicũqꝫ ꝓiecerit in domp illoꝝ de arte pisciũ seu macellatoꝝ ꝑdicta cómittentibus esset pena ordinata.

¶ Additio.

Addentes ꝙ códemnetur ad damna ꝛ interesse de quo steť iuraméto damnũ passi:ꝑmissa taxatióe.

¶ De percutiente ad vindictam. Rubrica.27.

QUicũqꝫ Fuerit vel erit ꝑcussus ab aliquo in psonaz ꝛ postea ille percussus percusserit vel offenderit vel percuti vel offédi fecerit patrem vel auum vel alium ascendentem vel filium vel alium descendentem illius qui percussisset eum vel fratrem carnalem vel consobrinũ vel nepotem ex fratre vel sorore carnali illius qui euz percusserit tam ex parte patris q̃ꝫ ex parte matris soluat ꝛ soluere teneatur ꝛ debeat quadruplicem penam quam soluere deberet si offenderet illum qui eum percusserit. Et hoc intelligatur nisi talis consanguineus percussus vel offensus percussisset vel offendisset prius eum q postea percussit vel offendit vel percuti vel offendi fecerit ipsum:quá penam si soluere non poterit vel non soluerit termino sibi dato qui terminus debeat sibi assignari in sententia per officialez iudicantem: si peruenerit in fortiam cómunis perusij sibi manus dextra debeat amputari:ꝛ si non peruenerit in fortiam cómunis exbanniatur ꝛ condemneť in penis predictis: ꝛ si quo tempore peruenerit in fortiam cómunis ꝛ non soluerit in termino supradicto sibi manus dextra debeat amputari.

¶ Et si quis deinceps offenderit aliqué perusinuz subiectuz iurisdictioni potestatis ꝛ capitanei cóis perusie vel alterius officialis vt supra dictũ est causa vindicte faciende si alium q̃ꝫ illũ qui prius offendisset offenderet si occiderit capite puniatur ꝛ in amputatione capitis ꝛ in confiscatione oíum suoꝝ bonoꝝ cómuni perusie debeat condemnari.

¶ Et si aliter offenderet causa vindicte cũ aliquo genere armorum cuz sanguinis effusione eius manus dextra debeat amputari ꝛ nihilominus bona sua destruantur ac si homicidium cómisisset.

¶ Et si aliter offenderet quadruplici pena puniať qua puniri deberet si offenderet non ad vindictaz.

¶ Et intelligať factũ causa vindicte vbicũqꝫ offensio facta est in psonis ꝛ erga psonas superius expssas nisi expresse ꝓbareť ꝙ alia causa superuenisset.

¶ In alijs aũt personis tunc demum intelligatur causa vindicte factum si legitime fuerit ꝓbatum ꝙ causa vindicte factum fuerit.

¶ Additio.

Aboliuerunt verba ac si homicidium cómisisset de.§.Et si aliter offenderet.

¶ De percutiente aliquem cum manu vel pugno. Rubrica.28.

SI quis Percusserit aliquem cum manu palma vel cum pugno pede vel calce seu genu vel gubitu in facie vel in vultu vel sibi faciem dilaniauerit ꝛ sanguis exiuerit puniať ꝓ qualibet percussione seu dilaniatione in.l.lib.deñ. Si vero sanguis non exiuerit puniať ꝓ qualibet percussione in.xxv.lib. deñ.Et cópellať vt recipiat alapam vel pugnũ siue sanguis exiuerit siue non in scalis palatij potestatis vel capitanei ꝛ in eadem parte corporis ꝛ totiens quotiens dederit seu percusserit.

¶ Si vero percusserit in alia parte corporis ꝛ

sanguis exiuerit puniatur pro qualibet percussio-ne in.xxv.lib.deñ. Et si sanguis nó exiuerit puniat̃ pro qualibet pcussione in.x.lib.deñ.

¶ Si autē percussio vel dilaniatio fuerit in platea cóis perusie vł in aliquo alior dictor locor in quibus pro homicidio est pena capitis ẜm formaʒ statutorum in facie vel in vultu ⁊ sanguis exiuerit soluat ꝓ q̃libet pcussione ⁊ dilaniatione.cc.lib.deñ.⁊ si sanguis nó exiuerit.c.lib.deñ.⁊ recipiat alapam vel pugnū vel pcussionē vt dictū est in loco p̄dicto.

¶ Et si percussio seu dilaniatio facta fuerit in alia parte corporis ⁊ sanguis exiuerit puniatur in.c.lib. deñ.⁊ si sanguis nó exiuerit in.l.lib.deñ.

¶ Si vero percussio siue dilaniatio facta fuerit in aliqua qnq; stratar regaliū vel in aliquo alior locor cótentoruʒ in.§.capituli qd̄ incipit vt maleficia nó remaneant impunita ⁊c̃.qui.§.Incipit si aūt pcusserit in aliqua eccl̃ia ⁊c̃.Et in.§.q Incipit si aūt in aliqua via ⁊c̃.In facie vel vultu ⁊ sanguis exiuerit puniat̃ in.c.lib.deñ.Et si sanguis nó exiuerit in.l.lib.deñ.⁊ recipiat alapam vel pugnū vel pcussionē vt dictum est in loco predicto.

¶ Et si pcusserit in alia pte corporis ⁊ sanguis exiuerit puniat̃ in.l.lib.deñ.Et si sanguis non exiuerit in.xxv.lib.deñ.Et in oibus casibus p̄dictis debeat offensor recipere alapam vel pugnū vt supius est expressum ab offenso tm̄ nec ab alio nec p aliū. Et hoc locū habeat in pcussionibus factis in facie ⁊ sic ⁊ eodem mó quo pcusserit sic recipiat.

¶ Et si accusatus de tali crimine noluerit detineri pro tali receptione teneat̃ ⁊ debeat dare idoneuʒ fideiussorē de.ccc.lib.deñ.vltra dictaʒ penā quaʒ soluere tenet̃:si ad mandatū iudicis vel ad petitioneʒ partis in iudicio.ĩ.terminuʒ assignandū in ipsa sñia nó repñtauerit psonaliter illū ꝓ quo fideiuberet.

¶ Et nihilominus talis offensor dictā alapaʒ siue pugnum vt dictuʒ est recipere teneatur.Et si se repñtauerit ⁊ offensus reddere noluerit ex túc a receptione dicte alape vel pungni tam códēnat⁹ q̃ fideiussor sint ⁊ esse intelligant̃ penitus liberati.Et etiā a solutione dictaruʒ.ccc.lib.deñ.vt dictum est. Si vero noluerit detineri nec fideiussorem dare de ccc.lib.deñ.vt dictū est:sed voluerit alapam vel pugnum vel percussionem retinere seu recipere vt dictum est ad mandatuʒ dicti iudicis qd̄ mandatum facere teneatur nó debeat detineri sed fideiussoribus relapsari dandis sup alia pena pecuniaria imposita pro huiusmodi delicto. Et talis receptionis oblatio nulluʒ sibi preiudicium faciat quo ad pecuniariam penā imponendā pro delicto predicto nec de tali delicto habeatur ꝓ confesso.

¶ Volumus insuper φ offensus in nullo casu possit cogi ad reddendam alapam vel pugnuʒ siue offendens dederit fideiussorem siue non.Sed eo nolente reddere sic offendes a tali receptione penitus liberetur. Et p concordiā que fieret de tali delicto intelligatur fore remissam dictam repercussionem ⁊ ad eam nec pro ea vlterius detineri possit.

¶ De frangente alicui aliquod membrum: Et de mordente seu morsicante.

Rubrica.29.

Quicūq; fregerit alicui aliqd̄ membr. aut costam corporis vel pectoris vel aliud os sine sanguinis effusione puniatur in.c.lib.deñ. Et si sanguis exiuerit puniatur dupiici pena.Si vero dislocauerit puniatur in.l.lib.deñ.

¶ Et quicunq; momorderit seu morsicauerit aliquam personaʒ in facie vel in gula ⁊ ex morsu sanguis exiuerit puniatur in centum lib.denariorum. Si vero sanguis non exiuerit in.l.lib. denariorum condemnetur.

¶ Sed si ex dicto morsu facto in facie vel in gula sanguis exiuerit ⁊ cicatrix vel signum euidens sit perpetuo remansurum vel remansura in facie vel in gula tunc mordens seu morsicans puniatur ea pena qua ẜm formam statutorum debet puniri percutiens cuʒ sanguinis effusione ex qua percussione cicatrix vel signuʒ euidens sit perpetuo remansurū vel remansura in facie vel in gula vt patet supra in Rubrica de percutiente cum armis in.§.si autem percusserit in aliqua ecclesia in versiculo si autem percussio facta fuerit in alijs locis ⁊c.

¶ Et si ex morsu fuerit detruncatus nasus puniatur detruncans seu mordens pena qua debet puniri amputans alicui nasum de quo loquitur infra in capitulo penultimo sub sequenti Rubrica.

¶ Si vero in alia parte corporis ⁊ sanguis exiuerit puniatur in.xxv.lib.denariorum . Si vero sanguis non exiuerit puniatur in.x.lib.deñ.

¶ De debilitante vel truncante studiose alicui membrum.

Rubrica.30.

Quicūq; debilitauerit alicui manum vel pedeʒ vel aliud membrum in totuʒ vel in partem códemnetur ⁊ puniatur ꝓut cótinetur supra in capitulo de percutiente cum armis.

¶ Ille v̄o q p̄cio vł p̄cib⁹ vel alia re recepta aliqd̄ membrū alicui truncauerit simile membrū mēbro detruncato sibi debeat detrūcari:⁊ illud ꝓ pecunia redimi nó valeat vllo modo.Volumus tm̄ φ qcūq;

amputauerit alicui nasum vel manum de braccbio vel pedem a crure seu gambam vel destruxerit seu cecauerit sibi oculum ita ꝙ priuetur perpetuo visu ex illo oculo puniatur pena.cccc.lib.deñ. in pecūia numerata sine aliqua excōputatione apodissarum ꝛ ad confinia ponatur extra ciuitatem ꝛ comitatuȝ perusie per tempus quinqȝ annoꝝ: quam penam si non soluerit infra terminuȝ.x.dieꝝ quem terminuȝ assignare debeat officialis de maleficio cognoscens in snia: manū dextrā sibi faciat amputari.

¶ Si vero cecauerit aliquem ambobus oculis ita ꝙ ppetuo priuet visu vel amputauerit ambas manus vel ambos pedes vel ambas gambas puniat eā pena qua punitur homicida.

¶ Si tamen amputauerit alicui nasum vel manū a brachio pedē a crure seu gamba vł dstruxerit alicui vnum oculum in aliquo locorum contentoꝝ sb Rubrica de pcutiente cum armis in.§.si vero quis percusserit in aliquo locoruȝ de predictis locis ꝛc. habeat locum pena imposita sibi pro membro debilitato in locis ibi priuilegiatis.

¶ Et nihilominus in dictis casibus vltra dictā penam debeat cōmittens aliqđ ex dictis maleficijs poni ꝛ stari ad confinia per dictum tempus extra comitatum ꝛ districtum perusie.

¶ Si vero mutilauerit vel amputauerit alicui labrū siue barbaȝ vel virilia puniat in.c.lib. deñ. sine aliqua excōputatione apodissaruȝ vt dictuȝ est.

¶ Sed si aliqđ ex delictis supra proxime nominatis in versiculo si vero mutilauerit ꝛc.fuerit cōmissum in aliquo ex dictis locis cōtentis in dicto.§.si vero quis percusserit in aliquo de pdictis ꝛ in.§.si autē in aliq via ꝛc.dicto casu puniat pena. cccc.lib. deñ.quā si nō soluerit.ī.x.dies nūerandos a die late snie sibi manus dextra debeat amputari.

¶ Si vero amputauerit aurē in totum vel in pteȝ puniat in.cc.lib.deñ.nisi hoc delictum fuerit cōmissum in aliquo ex locis cōtentis in dcō .§. si vero qs percusserit in aliquo de predictis ꝛc.quo casu puniat cōmittens pena.cccc.lib.deñ.Et si fuerit cōmissum in aliquo ex locis cōtentis in dicto.§.si aūt percusserit in aliqua eccłia pena.ccc.lib.deñ.puniat.

¶ De frangente hostia domus alicuius vel ab eo possesse vel habitationis alicuius. Rca.31.

Uicūqȝ fregerit alicui seu per vis aperuerit hostia habitatiōis alicuius puniatur ꝛ puniri debeat pro qualibet vice in.c.lib.denariorum.

¶ Si autem fregerit seu p vis aperuerit hostia domus alicuius vel ab eo possesse in qua non habitauerit puniatur pro qualibet vice in quinquaginta lib.deñ.

¶ Additio.

¶ Addentes ꝙ in eadem snia condemnetur in restitutione damni hostij ꝛ rerum ablatarum seu deperditarum.

¶ De intrante domum alicuius ɔ͂ voluntateȝ dñi vel habitantis. Rubrica.32.

SI quis intrauerit domum alicuius siue sit sua propria siue nō in qua habitaret in ciuitate comitatu vel districtu perusie per vim ꝛ violentiam ꝛ iniuriose ɔtra voluntateȝ illius qui habitaret in ea: si intrauerit cum armis in.c.lib.deñ. condemnetur pro vice qualibet si sine armis in.l.lib.deñ.

¶ Si fuerit de nocte pena dbeat duplicari. Saluo ꝙ hoc capitulum non intelligatur in parrochianis clusij scriptis in libro societatis clusij in hijs q̄ facerēt cuȝ habitātibus in clusio ſ꞉ ꝙ facere ɔsueti sunt. Et ideȝ intelligat in parrochianis ꝛ officialibꝰ vel emptoribus salarie ꝛ eorum officialibus.

¶ Additio.

¶ Addētes in fine pncipij ꝙ etiā ɔdēnet in dānis passis a dño declarandis iuramēto pprio pmissa taxatione inspecta q̄litate psonaꝝ ꝛ q̄ātitate rerū. Et in fine tituli addenteſ ꝙ idē intelligat in emptoribꝰ aque lacus fructuū ꝛ in quolibet officiali cōis perusij qui zelo iusticie intrasset.

De auxiliante malefactori vel eum retinente in domo. Rubrica.33.

SI quis alicui malefactori subsidiū vel auxiliū aliqđ pstiterit vł adsociauerit ad offendendū vel fieri fecerit aliqđ maleficiū teneat substinere ꝛ soluere similē penā ꝛ bānū cōis pusie quā vel qđ ipse malefactor substiere ꝛ soluere teneret ex forma alicuiꝰ statuti.

¶ Si vero aliqs sciēter in domo recepit vel occultauerit vł adsociauerit dcūȝ malefactorē post dcūȝ cōmissuȝ maleficiū puniat: si dcūs malefactor veniret ɔdēnandus in psonali pena in.c.lib.dñ.Et si veniret ɔdēnandus in pena pecuniaria in.l.lib. deñ. Et hoc nō intelligat in ɔiunctis psonis.

¶ Additio.

Declarātes ꝛ addētes in.§.si vero aliqs: pdcā pcedere si ex tali receptatiōe ꝛ retētione exequtio ɔ͂ cū impediretur.

¶ Q̄ magnates nō possint fideiubere p accusatis vel inq̄sitis: nec palatiū ascēdere. Rca.34.

STatuimus Etiã ⁊ ordinamus ꝙ potestas ⁊ capitaneus cõis ⁊ populi perusini vel alius officialis quouis nomine censeatur vt supra ⁊ eorum vel alterius eorum iudices vel officiales non possint nec debeant ad penã.c.lib.deñ. de eorum salario retinendam recipere in fideiussorem aut promissorem aliquem militem comitẽ marchionẽ siue capitaneum nec etiam aliquem de prole militari marchionis comitis vel capitanei nec etiã aliquem iudicẽ seu aduocatum pro aliquo maleficio seu etiam pro aliquo qui maleficium comisisset siue occasione alicuius maleficij.

¶ Et pdci milites cõites marchiões capitãei ⁊ alij q de ꝓle militari cõitis marchiõis siue aduocati sũt nõ possint nec debeãt ꝓ aliq̃ fideiubere nec ꝓmissionẽ vel fideiussionẽ aliquã facere ĩ curia cõis pusie ꝓ aliquo accusato denunciato vel inquisito de aliquo maleficio siue occasione alicuius maleficij.

¶ Et simili modo fideiubere non possint dñi priores artium ciuitatis perusie conseruatores monete nec massarij a die publicationis dictoꝝ officioꝝ vel alicuius eorum: nec camerarij artium ciuitatis perusie: nec etiam electionarij ⁊ qui iuerint ad eligendum potestatem vel capitaneum vel aliũ officialem cõis perusie corã talibus officialibus quos ipsi eligerunt ad penam.cc.lib.deñ.quã penam potestas ⁊ capitaneus vel alius officialis quouis nomine cẽseatur vt supra ⁊ quilibet ipsorum tali ꝯfacienti ꝓ cõi aufferre teneaẜ d̃ facto omni solemnitate obmissa ⁊ pcessu ⁊ iuris ordine non seruato.

¶ Et p potestatẽ vel capitaneũ vel eoꝝ iudices ⁊ notarios nec per aliquẽ officialẽ cõis perusie tales fideiussores recipi nõ valeant nec possint. Et si ꝯfecerint in predictis puniant̃ pena.cc.lib.deñ.per eorũ sindicatorẽ tpe eorum sindicatus ⁊ alios teneantur recipere fideiussores loco ipsoꝝ si tales recepti fuissent ꝯ formã pñtis legis sub dicta pena.

¶ Preterea volumus ꝙ nullus miles comes marchio capitaneus nec etiã aliquis de ꝓle militari audeat vel psummat adsociare aliquẽ malefactorem vel culpatũ de aliquo maleficio tẽpore quo iuerit ad psentandũ se corã ptãte vel capitaneo vel eorũ iudicibus vel maiori sindico vel alicuius eorũ iudicibus ad penã.c.lib.deñ.pro qualibet vice quã penam potestas ⁊ capitaneus ⁊ etiam maior sindicus ⁊ eorum quilibet ꝯtrafacienti de facto aufferre teneant̃ sine aliq̃ solẽnitate iuris que deueniat in cõi.

¶ Saluo ꝙ aduocati ⁊ ꝓcuratores ipsius malefactoris possint eũ adsociare sine pena. Et de predictis ⁊ predictorũ quolibet possit esse quilibet accusator ⁊ habeat quartã partem banni.

¶ De ducentibus homines vltra certum numerũ cum vadunt ad accusandum vel se excusandum ab accusatione vel inquisitione. Rubrica.35.

DIcimus Et ordinam° ꝙ si quis accusauerit aliquem vel accusare voluerit d̃ aliquo maleficio vadat ⁊ ire possit ad accusandum corã potestate vel capitaneo vel alio officiale vt supra cognitionẽ habente vel eorum seu alterius eorum officialibus cum quattuor suis consanguineis vel amicis vel tribus aduocatis iuris peritis ad plus ⁊ cũ pluribus non accedat ⁊ quos ducere voluerit in scriptis aportet potestati vel capitaneo vel alij officiali vt supra corã quo voluerit querimoniã ponere: ꝯfaciens vero soluat ꝓ vice q̃libet pene noĩe.xxv.lib.d̃ñ.

¶ Et ille q se excusauerit vel defenderit eũdem modum sub dicta pena debeat obseruare. Et si aliqs cũ excusante vel defendẽte iuerit vltra dictã formam sol.c.deñ.pene noĩe soluere teneaẜ: exceptis fideiussoribus qñ relassandi sunt fideiussoribus q possint supra dictũ numerũ ire ⁊ sociare. Et qd̃ dictũ est supra in accusatoribus vel se defendentibus ⁊ eos adsociantibus vel cũ eis euntibus Idẽ per singula intelligaẜ ⁊ locũ habeat tam quo ad punitionẽ q̃ ad omnia alia supradcã in porrigẽtibus vel dantibus aliquã inquisitionẽ vel se ab aliqua inquisitione defendentibus ⁊ excusantibus vel euntibus cum eis vel altero eorũdem.

¶ Et postq̃ potestas vel capitaneus vel alius officialis cõis perusie quouis noĩe censeatur vel aliqs eoꝝ officialis pceperit vel pcipi fecerit ꝙ aliqs vel aliqui generaliter vel spãliter debeat discedere de eorum palatijs vel aliquo eoꝝ vel de scalis alicuius ipsoꝝ palatiorũ vel de platea cõis perusie. Et ille vel illi cui vel qbus preceptũ fuerit nõ discesserit facta prius vna monitiõe vel vno pcepto: soluat q nõ discesserit de palatijs pdictis vel aliquo pdictoꝝ locorũ ꝓut pceptum erit pene noĩe ꝓ vice qualibet.x.lib.deñ. Et qui nõ discesserit de scalis dictoꝝ palatiorũ vl̃ de platea sicut iniunctum fuerit soluat ꝓ vice qualibet pene noĩe.c.sol.deñ.

¶ Et si aliquis iuerit pro aliqua causa cum pluribus quattuor ⁊ non discesserit de dictis locis vel aliquo eorumdem secundum ꝙ preceptum ei fuerit soluat pene nomine pro primo precepto centum solidos denariorum.

¶ Et si aliqs post sm̃ pceptum erit cõtumax ⁊ nõ discesserit vt dcũ est in.xxv.lib.deñ.puniaẜ ⁊ ꝯdemnet̃ quẽadmodũ si maleficiũ cõmisisset.

¶ Si v̾o aliqs habuerit inimicitias ⁊ vellet maiorẽ societatẽ remãeat ⁊ sit in ꝓuidẽtia ptãtis vel capitanei vel alius officialis hẽntis cognitionẽ vt supra

Et predictas penas potestas ⁊ capitaneus vel alius officialis quouis nomine censeatur ⁊ eorum iudices possint aufferre de facto pro cõi nullo iuris ordine seruato.

¶ Et si quis offenderit accusatum de aliquo maleficio dum iret vel staret coram potestate vel capitaneo vel alio officiale cõis perusie quouis noie cẽseatur vel dum ab eis vel ab aliquo eorumdeꝫ domũ suam redirent occasione sue deffensionis faciende soluat ⁊ soluere teneatur ⁊ debeat offensor duplicem penam quam soluere deberet si alium offenderet de illo maleficio ſm illud maleficiuꝫ qđ faceret vel perpetraret.

¶ Preterea volumus ꝙ si fuerit alicui vel aliquibus preceptum per potestatem vel capitaneum vel alium officialem vt supra vel per aliquem ex suis socijs: vel per aliquem preconẽ cõis perusie mandato ꝑdictoruꝫ ptãtis ⁊ capitanei vel alterius officialis cognitionem habentis vt supra vel alicuius eorum ꝙ debeat discedere de eoruꝫ palatijs vel aliquo eorum vel de scalis alicuius ipsorum palatiorum vel de platea. Et ille vel illi cui vel quibus preceptum fuerit non discesserit facta prius vna monitione vel vno precepto soluat ⁊ soluere debeat cõi Perusie pene nomine ꝓ vice qualibet .x. lib. deñ. ⁊ potestas ⁊ capitaneus vel alius officialis vt supra ⁊ quilibet eorum possint teneantur ⁊ debeant a contrafaciente dictam penam aufferre pro cõi de facto omni solemnitate iuris ⁊ ordine iudiciario obmisso.

¶ Si vero aliquis vel aliqui post preceptuꝫ factũ iuerit ad aliquod dictorum palatiorum alia de causa soluat pene nomine pro vice qualibet cõi perusie .c. sol. deñ. quam penam potestas capitaneus vel alius officialis vt supra cognitionem habens ⁊ quilibet eorum de facto aufferre debeat pro cõi.

¶ Et si potestas capitaneus vel alius officialis q̃uis nomine numcupetur fuerint negligentes in ꝑdictis vel in aliquo predictorum .c. lib. deñ. nomine pene cõi perusie de suo salario soluere debeat tempore sui sindicatus.

¶ Additio.

Addentes ꝙ processus ⁊ sententia absolutoria non valeat ipso iure etiam ꝙ accederet vnus ex potentioribus.

¶ De premio capientis homicidã ⁊ certos alios malefactores. Rubrica .36.

Statuimus Quum multa maleficia ⁊ percussiones cõmittantur in ciuitate burgis ⁊ suburgis ciuitatis ⁊ comitatus perusie nec capiuntur homicide ⁊ percussores ⁊ alij malefactores ad hoc vt timore pene homines ab huiusmodi maleficijs valeant precauere ꝙ si aliquis fuerit robbator stratarum vel publicus ⁊ famosuſ fur seu latro vel cõmisserit aliquod maleficium in ciuitate burgis seu suburgis perusie vel in comitatu dicte ciuitatis vel aliquem cum armis cum sanguine percusserit cuilibet liceat talem robbatoreꝫ stratarũ publicum ⁊ famosum furem seu latroneꝫ vel homicidã vel percussorem capere. Et si talis robbator stratarum ⁊ publicus ⁊ famosus fur seu latro vel homicida vel percussor fuerit captus ⁊ in fortiã cõis perusie ductus ⁊ presentatus potestati vel capitaneo vel alteri officiali quouis nomine nuncupetur habeat ⁊ habere debeat capiẽs ducens ⁊ ꝑñtans seu capientes ducentes ⁊ ꝑsentantes dictis capitaneo potestati vel alteri officiali vt supra cognitionem habenti robbatorem stratarum vel publicum ⁊ famosum furem seu latronem vel homicidam a massarijs cõis perusie .c. lib. deñ. sine aliquo ꝑcepto vel mandato vt infra continetur Et capiens ducens ⁊ presentans seu capientes ducentes ⁊ presentantes dictis potestati vel capitaneo vł alteri officiali vt supra percussorem cum armis cum sanguinis effusione habeant ⁊ habere debeãt a dictis massarijs statim viso instrumento presentatiõis sine alio ꝑcepto vel mãdato vt ifra .l. lib. deñ. q̃s pecũie q̃ititates captus ductus ⁊ presentatus vltra penam quam soluere debet pro maleficio debeat postea de suo proprio soluere ⁊ reddere dictis massarijs cõis perusie nec prius relaxetur donec soluerit illaꝫ pecunie q̃ititatem dictis massarijs quam dicti massarij pro eo soluerunt: que premia dicti massarij auctoritate ꝑsentis statuti teneantur ⁊ debeãt dare ⁊ soluere dictis premiandis viso instrumento presentationis scripto manu cuiuslibet notarij de ciuitate vel comitatu perusie sine aliquo alio precepto vel mãdato pena .xxv. lib. deñ. ipsis massarijs aufferẽda si negligentes fuerint in ꝑdictis si ꝑsonã ꝑdere non debebit in totum vel in partem. Sed si perdere debebit in totum vel in partem tunc dictis massarijs seu cõi perusij de dictis q̃titatibus nulla satisfactio fiat.

¶ De Graffijs tenendis. Rubrica .37.

Statuta Supscripta facta de prosequẽdo ⁊ capiendo malefactores obseruentur ⁊ executioni mandentur cum hac additione ꝙ a quolibet ⁊ a qualibet ꝑsona possint capi ⁊ offendi impune ⁊ obserueͣtur ⁊ executioni mandentur ipsa statuta ⁊ ordinamenta per potestatem ⁊ capitaneum pena .ccccc. lib. deñ. pro quolibet eorum.

¶ Et ad hoc vt malefactores in ciuitate ⁊ burgis

Perusie maleficia comittentes facilius capiantur Statuimus ⁊ ordinamus ꝙ qlibet artifex ciuitatis perusie exercens artem in ciuitate ⁊ burgis perusie teneatur ⁊ debeat tenere graffia seu vncinos paratos extra hostia eorum ⁊ cuiuslibet eorum camere acta siue actos ad capiendum malefactores qui maleficia cõmitterent in ciuitate ⁊ burgis perusie. Qui graffiarij currere debeant ⁊ solertem curam habere de capiendo malefactores qui cõmisissent homicidia vel percussiones cũ sanguinis effusione in ciuitate vel burgis perusie ⁊ pro ipsis malefactoribus capiendis vti possint dictis graffijs quandocũqȝ ⁊ ad petitionem ⁊ requisitionem ⁊ etiam ad clamorem ipoꝝ graffiatoꝝ teneant vicini ⁊ alij qui clamorez audiuerint ⁊ audire poterunt ipsos graffiatores ad capiendum tales malefactores ⁊ ipsis graffiarijs prestare opem ⁊ fauorem iusta posse. Et si ipsi graffiarij in non capiendo ipsos malefactores ac auxilium inuocando fuerint negligentes puniantur per potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicum cõis perusie de facto sine processu aliquo ⁊ iuris ordine obmisso pro vice qualibet v.lib.deñ.pro quolibet contrafaciente.

¶ Illi vero qui requisiti ab ipsis graffiarijs vel q̃rum clamorem audiuerint eos non iuuauerint vel eis opem non prestauerint ad predicta similiter eodem modo puniantur videlicet contrafaciens quilibet pro qualibet vice in.v.lib.deñ.

¶ Que graffia teneri debeant per dictos artifices in diebus in qbus stabũt camere aperte super hostio camere. Et semper sint parati ad dictos malefactores capiẽdos ⁊ qui non tenuerint vt dictũ est puniantur vice qualibet in.xx.sol.deñ.per potestatem vel capitaneum vel maiorez sindicum cõis perusie vel aliũ officialem superius nominatuz qui ad rimandum pro tenentibus vel non tenentibus teneantur ⁊ debeant mittere familiam cuius relationi stetur quam penam soluere faciant de facto omni iuris solemnitate obmissa.

¶ Et si contingeret ꝙ tempore talis capture cum dictis graffijs offenderetur dictus capiendus dicta offensio penitus sit impunis ⁊ ad aliquam penam graffiarius offendens minime teneatur.

¶ De premio indicantis vel capientis exbannitũ vel condemnatum pro maleficio. Rca.38.

STatuimus Et ordinamus ꝙ quicũqȝ tam ciuis q̃ȝ comitatensis vel districtualis persona vel forensis ceperit aliquem cõdemnatum cõis perusie pro maleficio ⁊ eum duxerit ⁊ presentauerit coram potestate capitaneo vel alio officiale quouis nomine nuncupetur de qua presentatione ⁊ assignatione appareat publicum instrumentũ scriptum manu cuiuscũqȝ notarij de ciuitate vel comitatu perusie Si idem condemnatus pro maleficio vnde vel ex quo debeat perdere personaz in totum vel in partem principaliter vel in deffectuz solutionis ⁊ etiaz ꝑdiderit in totum vel in partez vel non perdiderit vt quia per cõe ꝑusie ex gratia fuerit liberatus a pena vel extractus de carceribus amore dei vel aufugerit vel euaserit vel naturaliter decesserit ante executionem pene personalis vel ex eo ꝙ penam pecuniariam soluerit in cuius solutionis pene pecuniarie defectum debeat perdere personam in totum vel in partem ꝙ habeat ⁊ habere debeat de bonis ⁊ auere cõis perusie dictus capiens ⁊ in fortiam cõis perusie ducẽs ⁊ representans a massarijs cõis Perusie sine aliquo precepto vel mandato.l.lib deñ.

¶ Quicũqȝ autem ceperit aliquem homicidaz cõdemnatum qui in platea cõis Perusie cõmisserit homicidium ⁊ eum potestati vel capitaneo vel alij officiali presentauerit ⁊ in fortiam alicuius eorum misserit.c.lib.deñ : a massarijs cõis perusie habere debeat sine aliquo precepto vel mandato.

¶ Si vero fuerit officialis cõis perusie capiens ⁊ ducens habeat ⁊ habere debeat.l.lib. deñ. eo ipso ꝙ ceperit per se vel familiares suos ⁊ in fortiã cõis perusie duxerit vt dictum est.

¶ Si vero non fuerit facta executio pene personalis talis condemnati pena personali in deffectuz solutionis sed soluta fuerit pena pecuniaria eo casu habeat ⁊ habere debeat officialis capiens ⁊ ducẽs per se vel suam familiam pro qualibet libra q̃ntitatis que soluta fuerit duos sol.deñ.

¶ Si vero officialis vel alius quicũqȝ ceperit aliquem aliũ legitime condemnatuz cõis perusie ꝓ maleficio in pecunia simpliciter ꝙ habeat capiens supradictus ⁊ in fortiam cõis perusie ducens ⁊ representans pro qualibet libra sue condemnationis que soluta fuerit in cõi duos sol.deñ.pro libra.

¶ Et si euenerit ꝙ captus ⁊ ductus nõ soluerit cõdemnationem pro qua fuerit captus toto tempore regiminis illius officialis cuius tempore fuerit captus vel ex cuius parte fuerit recomendatus in carceribus cõis perusie habeat capiens de bonis cõis perusie si fuerit condemnatus in.c.lib.deñ.⁊ a centum lib.deñ.supra.xy.deñ.pro qualibet libra Et a c.lib.deñ.infra duos sol.deñ.pro qualibet libra cõdemnationis quam venire fecerint in cõi.

¶ Et predicta non intelligantur in condemnatis pro debito vel inobedientia ex eo ꝙ non stetissent in palatio vel occasione introitus vel damni dati.

¶ Et talis captus nõ prius relapsetur q̃ȝ diu condemnationem de eo factam ⁊ totum id qd̃ cõe soluerit ⁊ dederit pro captura: restituerit cõi ⁊ reddi

derit cum effectu. Et ad hoc vt sciatur quid est solutum captoribus per cõe. Notarius qui pro captura fecerit apodissam scribi facere teneatur per notarium qui est conseruator librorum armarij cõis Perusie iuxta condemnationem talis capti qualiter est captus & quantum solutum est pro captura: & etiam scribi facere in libro recomendationum carceratorum qualiter est captus & quid solutum est pro captura ad hoc vt restituat tempore relaxationis.

¶ Quicũq; indicauerit potestati vel capitaneo vel alteri officiali quouis nomine nuncupetur vel alterius eorum familie aliquem qui sit condemnatus pro maleficio & occasione talis indicationis contingat huiusmodi condemnatum capi & in fortiam cõis perusie duci & peruenire: q̃ talis indicans quintam decimam partem eius q̃titatis que perueniret in cõe perusie occasione condemnationis de huiusmodi condemnato facte habere debeat.

¶ Et potestas & capitaneus & alius officialis vt supra ei dare facere teneantur de cõdemnatione predicta que peruenerit in cõe: quas pecunie q̃titates massarij cõis perusie soluere teneant̃ sine alia apodissa vel mãdato facta fide dictis massarijs vel alijs officialib⁹ cõis perusie de condemnatione captione & presentatione & indicatione capti predicti simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij & sine oblatione & productione petitionum & intentionũ facienda & relinquenda prioribus artium & eorum notario.

¶ Potestas insuper & capitaneus & alter officialis vt supra deinceps eligendi & eorum officiales & familia pro exbannitis per eos captis vel capiendis qui non soluerint tempore officij eorum: nihil pro ipsis cõdemnatis vel pro captura habeant a cõi perusie vel ab aliqua speciali persona. Sed de illis cõdemnatis tantum qui soluerint tempore eorum officij habeant s̃m formã statuti: non obstante aliquo statuto vel ordinamento in contrarium loquente.

¶ Dominus q̃q; potestas & dñs capitaneus vel alius officialis quouis nomine nuncupetur & eorũ officiales & familiares & aliquis baiul⁹ cõis perusie & aliquis officialis forensis & aliquis eorum non habeãt nec pcipiant nec habere nec percipere possint a cõi perusie nec ab aliqua vniuersitate & speciali persona aliquam pecunie q̃titatem vel aliqd aliud pro eo q̃ indicarent caperent vel in fortiam cõis perusie ducerent vel presentarent condemnarent vel insticiarent aliquem vel aliquos malefactorem vel malefactores non condemnatos cõis perusie vel pro eo q̃ condemnationes factas p eos exequerentur. Et q̃ pro predictis nulla solutio vel satisfactio eis fieri debeat per cõe perusie vel per aliquem officialem dicti cõis vel alium: non obstante aliq̃ statuto generali vel spali in c̃rium loquente.

¶ Volumus insuper q̃ in presenti capitulo vbicũq; vel alibi est facta mentio de ducente aliquem in fortiam cõis perusie Intelligat̃ quis ducere in fortiã cõis Perusie: nisi aliud sit expressum: eo ipso q̃ presentat assignat & tradit aliquem potestati capitaneo vel alteri officiali vt supra cognitionem habenti vel alicui ex iudicibus vel militibus seu socijs vel notarijs alicuius eorũ vel dñis prioribus artiũ. Et ille intelligatur ductus & esse in fortiam cõis perusie qui est presentatus assignatus & traditus potestati vel capitãeo vel alteri officiali vt supra vel alicui ex iudicibus vel militibus seu socijs vel notarijs alicuius eorum vel dominis prioribus artium. Et qđ dictum est de assignatione facienda de militibus seu socijs & notarijs: intelligatur existentibus in ciuitate perusij.

¶ Additio.

¶ Declarantes q̃ loco massariorum habeatur premium ab eo qui est loco cõis perusij in introitibus.

¶ De pena comittentium quasdam falsitates.

Rubrica. 39.

AD reprimẽdam Malitiam falsitates cõmittentium. Statuimus & ordinamus q̃ si aliquis fecerit vel fieri fecerit instrumentum falsum vel scripturam falsam in formam publicam ex quo vel qua aliquis damnum substinuerit: q̃ ille talis faciens vel fieri faciens vltra penam in statutis contentam pecuniariam vel personalem teneatur reficere omne damnum qđ passus fuisset ex tali instrumento vel scriptura. Et donec satisfecerit patienti damnum per dominos potestatem vel capitaneum vel alterum officialẽ vt supra teneatur perpetuo carceratus.

¶ Preterea volumus q̃ si aliquis miles comes marchio vel capitaneus vel natus de prole militari ex paterna linea fecerit vel fieri fecerit aliqđ instrumentum falsum vel aliquam scripturam falsam puniatur duplici pena qua puniri deberet popularis per formam statutorum.

¶ Item duximus statuendum q̃ quicũq; accusauerit vel denunciauerit aliquem notarium de falso aut inquiri fecerit contra eum de falsitate & talem accusationem denunciationem vel inquisitionẽ nõ probauerit q̃ potestas & capitaneus vel alius officialis vt supra cognitionem habens teneatur eum compellere vltra penam in statuto contentam restituere de facto accusato omnes expensas quas passus fuerit: & stet sacramento notarij cũ probatiõe.

¶ Et quicũq; scienter produxerit aliqđ instrumentum falsum contra aliquem soluat cõi Perusie pe

ne nomine.cccccc.lib.denariorum.
¶ Et volumus statuentes ꝙ quicūqꝫ falsificauerit
a.x.annis citra vel falsificabit in futuꝝ aliqḋ instrm
siue acta publica manu publici notarij scripta in
p̄iudiciuꝫ alicuius abolendo addendo vel subtraen
do vel veritatem mutando scribendo in rogationi
bus seu protocollis alterius signū vł lr̄aꝫ ꝯfaciēdo
vel suū nom̄ hoc loco alius aut nomen alterius lo
co sui nominis scribendo vel in dictis libris vel in/
strumentis vel rogationibus aut protocollis muta
uerit vel false scripserit vel abraserit vel cancella/
uerit aliquid in preiudicium cōis Perusie vel ali/
cuius singularis persone vel corporis vel collegij
vel vniuersitatis puniatur in.ccccc.lib.deñ.pro qua
libet vice:quam penam si soluere non poterit eius
manus dextra a brachio debeat totalit̄ amputari.
¶ Quicūqꝫ autem scienter ⁊ dolose cancellauerit
vel dilaniauerit vel furatus fuerit rogationes vel
protocolla vel instrumenta alicuius notarij vel scri
pturas vel libros cōis perusie scriptos manu pub-
lici notarij vel alterius persone vel in ipsis rogiti
bus ꝓtocollis vel instr̄is alicuiꝰ notarij vel scriptu/
ris seu libris cōis perusie aliquid scripserit vel mu
tauerit vel abraserit vel interlineauerit vel aliquid
fecerit scienter ⁊ dolose in preiudicium cōis peru-
sie vel alicuius singularis persone collegij vel vni/
uersitatis penam.ccccc.lib deñ.cōi perusie soluere
teneatur. Et si dictaꝫ penā soluere non poterit po-
testas ⁊ capitaneus vel alter officialis ut supra dno
tatuꝫ tali delinq̄nti manū dextrā faciant amputari.
¶ Si vero per vim acceperit dictas scripturas vł
alteram ex eis puniatur per potestatem ⁊ capita-
neuꝫ vel alterum officialeꝫ vt supra cōi perusie in.c.
lib.deñ. ⁊ dictas scripturas cōpellatur restituere.

¶ Additio.

Addentes ꝙ nisi eas restituerit in quolibet casuuꝫ
predictorum teneatur ad interesse ⁊ damnuꝫ resar
cire parti declarandum dumtaxat iuramento solo
interesse habentis inspecta qualitate personaruꝫ ⁊
negocij huiusmodi scripturarum:premissa taxatio
ne per iudicem:ad qḋ in eadem sententia condem-
netur ⁊ condemnatus esse censeatur:⁊ eadem pe/
na puniant̄ celantes ꝓcessus causaꝝ:vnū vel plures
⁊ falsificanteꝫ vel dilaniātes eos: cetera maneant.

¶ De faciente vel fieri faciente falsum instrumen
tum. Rubrica.40.

Notarius Qui falsuꝫ fecerit vel
scripserit scienter instrumentuꝫ
.ccccc.lib.deñ.noie pene solue/
re teneatur.Et potestas ⁊ Ca
pitaneus ⁊ maior sindicus vel
alius officialis ipsuꝫ in dicta pe
na punire ⁊ cōdemnare teneatur.Sed si dictaꝫ pe
nam dictus notarius infra.x.dies a die late senten-
tie cōputandos non soluerit manuꝫ dextraꝫ ⁊ lin
guam sibi faciant amputari ⁊ tam officio tabelio/
natus q̄ꝫ alio quolibet officio sit priuatus ipso iure
statim lata sententia de ipsa falsitate:⁊ eligētes seu
insacculantes ipsum ad aliqḋ officium puniantur
pro quolibet eorum pena.ccccc.lib.deñ. Et eadem
pena puniatur ipse electus ⁊ insacculatus si acce-
ptauerit vel officium exercuerit ⁊ electio vel insac/
culatio ⁊ acceptatio non valeat ipso iure:⁊ omnes
scripture ⁊ contractus eius auferantur ei per pote
statem vel capitaneum vel alium officialem qui ta/
lem notarium condemnauerit ⁊ deponantur ⁊ cō
signentur per inuentarium qḋ facere debeant fieri
Priores consortij notariorum ciuitatis perusie apd
quos remanere debeāt: Qui priores postea dictas
scripturas ⁊ contractus deponant ⁊ assignēt ⁊ cō
cedant ad exemplandum apud bonū ⁊ fide dignū
notarium qui notarius depositarius possit proto-
colla exemplare ⁊ in publicam formam reducere
⁊ credatur ⁊ fides adhibeatur tali sumpto per di
ctum notariuꝫ ac si dictus notarius exemplans ma
nu propria scripsisset ⁊ rogatus fuisset etiam sine
iudicis interpositione decreti ⁊ sine partis citatiōe
de qua tamen depositione facienda apud dictuꝫ no
tarium appareat publicum instrumentuꝫ manu no
tarij dicti cōsortij ciuitatis perusie.
¶ Et qḋ dictuꝫ est de notario falsario ꝙ omni ho
nore ⁊ officio sit priuatus vt dictum est ⁊ idem in/
telligatur de quolibet ď falso condēnato non resti/
tuto vel condemnando qui omni officio publico sit
priuatus ipso iure statim lata sententia de falsitate
nec possit eligi nec insaccalari ad aliqḋ officiuꝫ nec
offm̄ acceptare vel exercere pena tā eligētibus q̄ꝫ i
sacculantibus q̄ꝫ etiam ipsi acceptanti vel officium
exercenti.ccccc.lib.deñ.pro quolibet eorum immi-
nente Et electio ⁊ insacculatio vel acceptatio non
valeat ipso iure.Et nihilominus talis cōdemnatuꝫ
⁊ non restitutus vel condemnādus de falso sit infa
mis ipso iure infamia iuris ⁊ facti: non obstante
ꝙ per inquisitionem vel condictionem ex lege fue/
rit condemnatus.
¶ Ille autem qui fecit fieri vel scribi falsuꝫ instru
mentum vel cōpositionem falsi instrumenti scienter
.ccccc.lib.deñ.soluere teneatur sine diminutione ⁊
remedio aliquo:quam penam si non soluerit infra
decem dies computandos a die late sententie pote
stas ⁊ capitaneus vel aliuꝫ officialis vt supra cogni
tionem habens ⁊ eorum officiales manum dextraꝫ
⁊ linguam sibi faciant amputari.
¶ Et si aliquis fieri fecerit per aliquem notariuꝫ
aliquod instrumentuꝫ falsuꝫ ⁊ falsitas i instrumēto
contenta reperiretur esse facta sine cōscientia ⁊ de
licto seu dolo notarij ille qui dictum instrumentuꝫ

fieri fecerit preter penam ⁊ vltra penam quam de
beret soluere ⁊ pati occasione sue falsitatis ⁊ ꝓ sua
falsitate ſm formam presentis statuti teneatur ⁊
debeat pati ⁊ soluere illam penam quã pati debe-
ret ⁊ soluere notarius qui scienter ⁊ studiose falsũ
fecerit instrumentum ⁊ notarius in dicto casu ad
nullam penam teneatur.

¶ Si autem aliquis semel fuerit cõdemnatus de
aliq̃ falsitate ⁊ occasione falsitatis vel testificationis
false vel inductionis ad falsitatem ⁊ cõmiserit vel
cõmitti fecerit iterum falsitatem in quadruplũ cõ-
demnetur. Et si dictam penam infra .x. dies a die la
te sententie computandos non soluerit sibi manus
dextra ⁊ lingua debeant amputari.

¶ Preterea volumus ꝙ quicũq̃ accusauerit ali-
quem de falso instrumento vel ꝙ fieri fecerit falsũ
instrumentum ⁊ non probauerit tale instrumentũ
esse falsum vel non probauerit illum quem accusat
fecisse falsum instrumentum soluat pro vice quali-
bet nomine pene .cc. lib. deñ. in pecunia numerata.
Et in omnibus supradictis casibus pena imposita
pro aliqua falsitate debeat solui in pecunia nume-
rata sine aliqua excomputatione apodissarum.

¶ Et idem in omnibus ⁊ per omnia vendicent si-
bi locum dicte pene superius statute in scripturis
priuatarum personarũ false ⁊ scienter fabricatis.
Et probata falsitate in supradictis casibus debeat
sequi sententia cõdemnatoria nec admittatur solu-
tio ad euitandam condemnationem.

Additio.

Declarãtes .§. qui priores: ⁊ addentes: Nõ tamen
intelligantur dicta originalia approbata pro veris
nisi quatenus sint vera. Et ꝙ omnino ẽt ad resar-
ciendum damna parti in cuius preiudicium falsitas
esset cõmissa si qua incursit iuramento proprio pas-
si declaranda: taxatione iudicis premissa: condem-
netur: ⁊ pro condemnato in eadẽ sententia habea
tur ipso facto.

¶ De mutante sibi nomen in aliqua scriptura.
Rubrica. 41.

Quicũq̃ Scribẽdo vel se scribi facien
do mutauerit sibi nomen dolo-
se in damnum ⁊ preiudicium
cõis perusie vel alterius perso
ne collegij vel vniuersitatis ali
quam priuatam scripturã scri
pserit vel priuatam scripturam scienter mutauerit
vel quocũq̃ modo dolose falsificauerit in damnum
⁊ preiudicium alterius vel priuatam scripturam
scripserit sub nomine alicuius officialis cõis Pe-
rusie vel cancelli dicti officialis scribendo ꝙ dictus
officialis vel cancellus scripserit quod ipse scripse-
rat soluat .cc. lib. deñ. nomine pene.

¶ Et quicũq̃ fecerit se scribi in fraudẽ de aliqua
porta vel de aliquo loco de quo vel de qua non
esset vel in quo vel in qua nõ habitasset a .x. annis
citra penam similem patiatur.

¶ Et si quis mutauerit sibi nomen vel pronomen
in aliquo contractu vel vltima voluntate vel in faci
endo fieri contractum vel vltimam voluntatem de
quo contractu ⁊ de qua vltima volũtate non fuerit
rogatus notariũ facere instrumentũ vel inserendo
testimonium cõdenẽt ⁊ puniatur in .cccc. lib. deñ.
quam penam si non soluerit infra .x. dies a die con-
demnationis computandos manus dextra sibi de-
beat amputari.

¶ Sed si de dicto contractu vel vltima voluntate
appareat scriptura manu publici notarij vel esset
rogatus aliquis notarius tunc mutans sibi nomen
⁊ pronomen cõdemnetur ⁊ puniatur ea pena qua
deberet condemnari ⁊ puniri ſm formam statuto-
rum faciens fieri a notario falsum instrumentum.

¶ Si vero quis tempore quo inuentus esset a fa-
milia potestatis vel capitanei vel alicuius officialis
cõis perusie mutauerit sibi nomen vel pnomen vel
locum vnde esset dicendo se nominari alio nomine
vel alio pronomine vel esse de alio loco q̃ sit ſz ve
ritatem condemnetur ⁊ puniatur pro qualibet vi-
ce in .xxv. lib. deñ.

Additio.

Addentes ꝙ eandem penam incurrant malitiose
mutantes nomen vnum vel plures patris vel aui
vel alterius cuiuscũq̃ nominis impositis siue in
citationibus siue in alijs quibuscunq̃. Et ꝙ nota-
rius debeat cognoscere contrahentes vel disponen
tes vnum vel plures.

¶ De faciente vel tondente vel diminuente vel ex
pendente falsam monetam. Rubrica. 42.

Si quis Sciẽter vel frau
dulenter falsam
monetã expendiderit in .c. lib.
deñ. debeat condemnari: quam
penã si soluere nõ poterit eius
manus dextra debeat amputari.

¶ Et si quis fecerit vel fieri fe-
cerit falsam monetam vel etiam veram eream vel
argenteam deaurari dolose vt tamẽ moneta au-
rea expendatur igne cõburatur ita ꝙ moriatur ⁊
omnia sua bona cõi perusie publicentur ⁊ perpe-
tuo remaneant publicata. Et sit licitũ vnicuiq̃ fran
gere monetam falsam.

Additio.

Declarantes ꝙ eandem incurrant penã prestan-
tes auxilium consilium ⁊ fauorem: ⁊ tondẽtes vel

quomodocūq; diminuentes quācunq; monetam in penam.cccc.lib.deñ. pro qualibet vice incurrant quam si non soluerit infra.xxx.dies a die sententie manus dextra sibi amputetur.

¶ De falso teste ⁊ falsos testes inducente. Et de baiulo non portante cedulam. Rubrica.43.

SI quis falsum reddiderit testimoniū aut precium aut aliquid pro testimonio faciēdo seu ferēdo receperit aut quocūq; modo falsū reddiderit vel tulerit testimoniū in curia dñorū potestatis vel capitanei maioris sindici vel iudicis iusticie damnorū datorū vel cuiuscūq; alterius officialis cōis perusie vel corā arbitris vel arbitratoribus vel coram cōsulibus mercatorū auditoribus cambij vel aliquo camerario alicuius artis vel in quocunq; alio loco ⁊ pbatum fuerit potestas capitaneus ⁊ maior sindicus ⁊ iudex iusticie ⁊ damnorū datorū vel alius officialis.cccc.lib.deñ. pene noie pro cōi perusie ei auferre teneant̄. Et si dictam penam non soluerit.j.mensem a die late sniē numerandum manū ⁊ linguam ei faciant amputari. Jta q̄ decetero non loquatur.

¶ Jlle aūt qui testes falsos vel testem falsū induxerit scienter vel pciū seu aliqd aliud dederit seu pmiserit dicta pena.cccc.lib.deñ.p potestatem vel capitaneum vel maiorem sindicū iudicem iusticie vel aliū officialem puniri ⁊ cōdemnari debeat quā penam si non soluerit.j.mensem cōputandum a die late sniē manū dextram ei faciant amputari: ⁊ perdat nihilominus qōnem ipso iure sine aliqua snīa vel pcessu eo ipso q̄ de supra prime dictis vel aliquo ipsorū extiterit condemnatus.

¶ Uolumus insup q̄ si aliq̄s de falso vel occasione cuiuscunq; falsitatis condemnatus fuerit in aliqua causa vel in aliquo casu postea ad testificandū nullatenus admittat̄ ⁊ eius testificatio non debeat valere nec etiam iudicium faciat.

¶ Quicūq; baiulus fecerit aliquā falsam citationem vel relationē: ⁊ etiam qcunq; fieri fecerit scienter falsam citationē vel falsam relationē puniatur quilibet pdictorū in.c.lib.deñ. Et nihilominus dicta citatio ⁊ relatio sic facta nō valeat nec ex ea qs constituatur in contumacia.

